COLAI

PERA.

US V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai

1. Theologiae Epitome.
2. Exercitatio de Methodo Trinitatis.

2.b. Rotgeri zum Bergen Epistolium ad Henricum Nicolai.

3. Exerc. de Medio Religioso et Theologico.
4. Ex. de Conciliatione Enunciatorum.
5. Miscella Theologica.
6. Ex. de non liquendo.
7. Irenicum defensum et explicatum.
8. Irenicum defensum et explicatum continuatum.
9. Exercitatio de Ahasvero Esthera.
10. Exerc. de Symbolo Athanasii.
11. Erklärung der Schrifft im Prediger Salomo IV.4.
12. Tractatus de Pane, Editio emenda.
13. Protestatio super nova Editione Tractatus de Pane.
14. (Georgii Rhetii Viduae Reprotestatio antecedenti Protestationi opposita)
15. Protestatio defensa.
16. Oratio de Philosophiae Studio cum Theologia conjungendo, praemisso Programmate.
17. Cursus Philosophicus.
18. Exercitatio de Subjecto et Adjuncto.
19. Exerc. de quotidiana Telluris revolutione.
20. Ex. de Astrologiae Veritate, licitaque apud Christianos ratione.
21. Tr. de Modis praedicandi.
22. Tr. de Comparativarum Enunciationum expositione.
23. Rotgeri zum Bergen Res Sacra Amicus sive Epistolium ad Henricum Nicolai.
24. Godofr. Zameli Hymenaei Tumulus.

D. O. M. A.

De

SUBJECTO ET ADIUNCTO,

EXERCITATIO METAPHYSICA ET THEOLOGICA.

Terminorum legitimum formale exhibens, eosq; in DEO, attributis ejus, & Carne Christi ad Verbum locum habere demonstrans, ac obstantia universa resolvens.

Ad solidiùs formandum in his judicium inprimis utilis, & necessaria.

AUTHORE

HENRICO NICOLAI,
Phil: & Theologo. Professore emerito.

GEDANI.
Typis PHILIPPI CHRISTIANI RHETII,
ANNO M. DC. LVI.

LECTORI CHRISTIANO & Erudito, S. & pacem Christi.

NIhil prius Christiano esse debet, Erudite Lector, quàm supernam lucem sequi, è Scripturà vel Naturà accuratè lustratâ animadversam. Pleriq; tamen deviare malunt, quàm sequi. Vel Scripturam linuunt, malevè tortam adhibent: Vel Naturam præfeunt. Vtraq; etiam excussi cœcis authoritatibus raiuntur. Et quia lucem DEI extinguunt, excoecatos ensu absurdis ludi, densisq; immergi tenebris DEus oncessit. Ne coetera memorem, in transcendentium heoriâ uterq; lapsus advertitur. Non satis abstractè quidam ea tractant, Soli Naturæ intenti: Non satis obriè alij, Scripturæ placita ex illis oppugnantes. Medium tueri æquum fuit. Ac Vetustiorib. ignosci potuit, nondùm formalibus rerum sufficienter penetratis. Hodiè in tanto Philosophicorum fastigio coecutire velle, aut umbras pracolere, insulsum est. Adjuncti terminum in Christi carne ferre pleriq; veriti, obsoletâ ejus finitione perculsi. Longè aliam vocis rationem esse, hodiè Philosophis compertum est. Sed ut error in immensum patet, unusq; exerrat, Coeteri hærescere eligunt, & vara vibiam sequitur. Præconceptis occupati mortales erronea præponunt. Vel admittere vera coacti tetris calumniis gravant, Vel melioribus victi, & cedere nescij, pugnos in solatia ultionum & solutio-

lutionum arceſſunt. Mihi neceſſum inde viſum, for-malia terminorum exhibere, *juſtâ definitione mentem in tranquillum locare, quanquam laborioſa definiendi provincia. In DEO Chriſtoq; ejus* ſubjecti & adjuncti *vocem locum habere oſtendere. Non en nihil criminis habere, quod ſenſum non perturbat religionis, ut in ſimili olim* Hilarius l. d. *Syn. loquitur, docere.* Oppoſita *etiam diluere, quæ falsâ hypotheſi ſceraq; nixa. Virtus enim eſt, etiam mala cognoſcere, firmaq; ſalutis tutela, ſcire, quem fugias, quis civis, aut hoſtis cenſeatur. Diſcentes ad ſolida manuduci æquum fuit. Hic vanis induci apparuit; idq, in publicum projectis ſcriptis fieri. Eoq; rem aliorsùm ad liquidum flectere decuit. Succurri innoxiæ ætati debuit, quæ nondùm ſe iuvare novit, ne credulitate ineſcari, aut ſtolidâ authoritate duci ſe patiatur. Quod* Papiſmo *obſtat, ne verum videat. Nobis etiam, ni DEI verum ubiq; prædicamus. Prima laus eſt, falſam ſententiam nō tenere. Secunda, eam mutare. In caſu ſuccumbentiæ & acquieſcendum, & agnoſcendum, erratū fuiſſe. Ad id omnis veri amās promptꝰ eſt, quod DEO authore manare novit, ut falſum erratico Spiritu inducitur. Deducta hic è ſolidioribus univerſa habes, LECTOR, quæ circa* adjuncti inprimis vocē *in hac materiâ diſquiruntur. Tu ſuſcipe, penſa, fave, & conatui juvandi in vero applaude. Gedani. Calendis Decemb. Anno exeunte 1655.*

D.O.M.A.

De SUBJECTO ET ADJUNCTO,
Contemplatio Metaphysica & Theologica.

I.

DIfficile est, rerum Naturam in o- mnibus assequi & exhaurire. Perpetuò suppetit, quod iterùm haurias. Theolo- gicum regnum similem rationem exhibebit. Pluri- ma in eo inexhausta, semper, quod supersit, relin- quunt. *Patres, Theologi, & Philosophi*, magno nu- mero de eo protestantur, Ut *d. non liqu.* visum. Multa inde in utroq; regno non satis accuratè discussa aut re- præsentata. Hærendi dubitandiq; occasio abunde ex plurimis ex eo suppeditata. *Ipsi generales termini* usū in omnib. disciplinis præstantes nondùm adæquatè ab- stracti & constituti sunt. Sæpè & oscitantia mortales occupat, quò minùs, ac par est, exacto scrutinio rem persequantur, & ne paratas quidem artes seriò admit- tant. Indè quē terminū unus in spiritualibꝰ admittit, al- ter ut suspectum aut nocivum reprobat. *Id terminis subjecti & adjuncti* in cœteris in materiâ de DEO & at- tributis ejus, de Verbo & carne Christi in Christo eve- nit, totius & partis de DEO ac personis in eo, Christo & duabus naturis in illo, per se & per accidens in eodem Chro. & similibus. Diversitas etiam sententiarum nata, & disceptandi ac inquirendi occasio. *De subjecti ad-*

junctiq; ratione hac vice considerare animus est, de quibus solicitè quæritur, *rectenè DEUS subjectum attributorum, attributa ejus adjuncta dicantur?* Item; in Christo, *an humanitas Verbi adjunctum, & Verbum eam in se recipiens Orthodoxè subjectum dici queat*, an potiùs ab terminis illis in his materijs prorsùs abstinendum sit? Ad fidem hæc similiaq; non pertinet, quæ nec de talibus terminis novit, nec eos magnoperè curat. Philos: ac Theologicas notitias requirunt, è quibus suppositâ jam fide talia moveri potuerunt, & decisionem nancisci debent.

2. Priusquàm sententiæ adducantur, *generalis subjecti & adjuncti ratio* assignanda est, quo sensu hic veniant. *Subjectum* in Logicis antecedens propositionis, & interdùm substantiam notat, quomodo substantia subjectum accidentium vocatur, & accidens alterius accidentis subj: esse negatur, In Politicis subditum, In Philologicis subtùs positum, sic fons in subjectam petram cadit, *Curt. l. 1. C. 1.* In Metaphysicis quandoq; materiam, quæ frequenter subjectum dicitur, in quo & circa quod, Et famosè ens adjuncto oppositum notat, quo sensu in præsenti venit, & *transcendentaliter id est, Cui aliquid quocunq; modo & ratione adjunctum, Ut ab eo recipiatur ac denominetur. Sic homo subjectum docilitatis.* Estq; inhæsionis, ut album, adhæsionis, ut loricatus, pileatus, occupationis, ut visibile, audibile, & denominationis

u

ut ens ad perfectum, verum, bonum, & attributa sua, Deus ad sapientiam, potentiam, bonitatem, æternitatem, &c. *Adjunctū* Logicis accidens notat, interdū externè adjacens, ut tempus, locus, vestis, *Rameis* argumentum, quod vi suâ arguit subjectum, quandoq; omne contingenter competens, In Oratoriis associatum, in Metaphysicis ens subjecto oppositum notat, *estq; id, quod ab alio recipitur, ut essentiam ejus quidditativè & Logicè non constituat*. Sivè sit adjunctū inhærens, ut docile, risibile in homine, s. adhærēs, ut vestis homini, arma militi, s. denominās, ut sapiēs, justus, bonus, ad Deum, unum, verum, ubicatum, ad ens, s. simile quid. Quicquid extra essentiam rei Logicè cogitatæ est, dum verè rei competat, generaliter adjunctum sensu transcendentali dici potest, qualiscunq; aliàs res sit.

3. Ex generalitate terminorum ita explicatâ patet, quid ad quæsita illa respondendum. 1. *Verissimè DEUS subjectum denominationis ad attributa sua dici potest, & attributa adjuncta ejus*. Probatur 1. *Quia* generalis definitio subjecti optimè ei quadrat, Cui aliquid quocunq; modo adjungitur. At attributa adjunguntur Deo, ut perfectiones in secundo momento ratione nostri conceptus competentes, vereq; eum à posteriori determinantes ac denominātes, Ut in *Pneumaticis & Theol.* docetur. Etsi nec propria accidentia sint, nec realiter ab ipso Deo diversa sint, nec im-

perfectionem aut compositioné ei inferant, qualia in adjunctis non præcisè necessaria. Sic attributa entis adjuncta ejus verè ei competentia, & à posteriori illud determinantia ac denominantia. Ut bonum, unũ, verum, ubicatum, perfectum, durans, nec imperfectionem important, nec compositionem inferunt; cum postea ens in simplex & compositum in attributis disjunctis demùm dividatur, ut hæc attributa simplicitatem in eo relinquant, Ut *L. 1. Metaph: C. 3. Et Tr: d ess. alic. s 1. t. 10. seq. & alibi dictum.* 2. *Quia* omne ens reale immediatè ex attributis disjunctis inter alia in subjectum & adjunctum dividitur, nihilq; hic medii, neutri, aut nullius est, aut non ens reale esse oportet, ut ex Metaphys. patet. Ens reale vel subjectum, vel adjunctum est. Deus autem ens reale est, ut constat. E. vel subjectum, vel adjunctum. Non autem adjunctum respectu attributorum suorum, Ipsa enim attributa adjuncta sunt. E. subjectum eorum. Similiter attributa in Deo reale quid sunt, non meræ notiones & conceptus sine ullo fundamento ficti, cũ Scriptura verè ac distinctè illa de eo memoret, sub illisq; Deum describat ac repræsentet, *Gen: 17. v: 1. Exod: 34. v. 6. Num. 14. v. 18. Deut: 32. v: 4. Job: 12. v: 13. Psal: 25: v: 8. 1 Tim: 6. v: 15. Tit: 1. v: 2: Et passim,* & nos verè ea in illo concipiamus, ut in *Pneumaticis* dictum. Ergò vel subjecta vel adjuncta erunt: Sed non subjecta, sic enim Deus eorum subjectum ab omni

mnibus ſtatuitur. Ergò adjuncta erunt, aut ens reale
on erũt, quod abſonũ. 3. *Quia* termini tranſcendẽ-
les in indifferentiâ entis ad finitum ac infinitũ, Cre-
tum & increatum, procedentes, æquè DEO ac creatu-
is competere poſſunt, etſi modo attribuẽdi analogo
itribui debeant. Sic DEUS dicitur ens, unus, verus,
onus, perfectus, ubicatus, durans, cauſa, neceſſari-
s, abſolutus, completus, ſimplex, naturalis, infini-
us, increatus, &c. Sed talis terminus eſt etiam ſubje-
tum & adjunctum. Ergò & terminus ſubjecti de
DEO ratione attributorum dici poterit.

4. *Quia* omnis demonſtratio fit de aliqvo ut ſub-
ecto, ut *Ariſtot. l. 1. poſt. C. 6. t. 57.* docet. Sed attri-
uta de DEO ex naturâ DEI demonſtrantur, ut quòd
it juſtus, verax, ſapiens, bonus. Quomodo attributa
ntis de ente à poſteriori per analogiam demonſtran-
ur, ut *in Metaph. L. 1. & de eſſ. alic. ſ. 1. viſum.* E. DEUS
orum ſubjectum dici poterit. 5. *Qvia* potiores Scri-
tores idem affirmant, ut *Scheibler. L. 1. Meta. C. 23. n.
5. Et C. 8. Top. n. 38 ſeq. Calovius p. 1. Met. C. 24. Schar-
ius L. 1. Metap. aliiq́.* Imò *Cyrillus l. 11. theſ.*
attributa DEIq́; accidentia dixit. E. maximè DEUS
eorum ſubjectum dici queat. Sic & *Damaſcenus* quæ-
dam attributa in DEO quidditatiua, quædam natu-
ram circumſtantia dixit, ut cum bonus, juſtus, æter-
nus, dicitur, *L. 1. d. fid. C. 4.* Si circumſtantia vocare
licet, magis adjuncta dicere licebit. Terminus acci-

 den-

dentis etiam Philosophis latissimus quandoq; est, ut attributo æquipolleat. *V. Scheibl. l. 2. Meta. C. 6. n. 10.* *Quæ in contrarium* hic obverti possint, quòd adjuncta DEI realiter à DEo ipso differentia futura sint, compositionem illi illatura sint, imperfectionem connotent, accidentalis termino affinia sint, quem in divinis non libenter feramus, summæ Dei eminentiæ, primitati, ac simplicitati contraveniant, dependentiam aliquam in Deo inferant, quæ vox in divinis periculosa sit, relationem & schesin importent, quæ hic suspecta esse possit, maximam partem principium petunt, & de *mod. præd. s. 2. t. 34. seq* ac Pneumaticis olim soluta sunt, proprieq; in illis discussionem habere solent.

4. *II. Verissimè etiam & sano sensu Caro Christi adjunctum verbi nondum compositi dici potest, quatenus ad verbum accessit, & hoc illam assumpsit, & intra hypostasin suam recepit, ut in eâ, non extra eam subsistere debeat,* ut essentialem tamen Verbi quidditatem Logicè non faciat *V. t. 21.* De hac thesi major inter Scriptores est controversia. Magna pars Theologorum negat. *Ex Papistis Thomas p. 3. q. 2. a. 6.* *Ex Lutheranis* pleriq; *Chemnit. d. duab. nat. C. 6. Mentzerus T. 1. Gies. d. 2. t. ûl. Et d. Comm. Idiom. C. 4. p.* 297. *Meisnerus p. 1. Ph. Sob. s. 1. C. 1. q. 4. Et d. 4. Christol. Botsacc. L. 2. AntiCrell. s. 2. c. 6. Scheibler. L. 1. Metap. C. 23. n. 26. Et C. 8. Top. n. 52. Finckius in Sched. Victor in Topicis, Hoo-*

kerus

erus in Clau. p. 421. Et Spec. Log. p. 41. Schæferus in crop. Hunnius d. præd. inus. q. 4. 5. Gerhard. exeg. T. 1. . Chro. t. 123. Dietericus L. 1. Log. & in Catech. d. hro, p. 376. Inprimis novissimè *Micrelius* albâ, ut isus est, amussi sine curâ discriminis solam copiam ctatus, ex aliis undequaq; quà apta, quà inepta, ongessit, quibus carnem non posse adjunctum λόγȣ ici conficeret, *dec. 3. c. heterodox. Calvi. d. 10. t. 21.* uibus quia fodicari discentium ingenia possunt, ut eciem & umbram pro vero arripiant, & cum infor- ari videantur, potiùs subvertantur, publiceq; talia lucem protrudantur, ostendendum specialiùs erit, mnib9 illis nihil solidi contra affirmantem sententi- n profici, quod *t. 7. seq.* perficictur. *Pauci è Luthe- m.* in contrarium sunt, diciq; posse affirmant. *Qui t.* adducentur. Ex *Reformatis pleriq;* *affirmant.* *Go- enius p. 1. pro. Lo. q. 40. Et p. 3. Misc. p. 222. 228. olanus, Macovius, Alstedius p: 5. Th: Polem: s: 3. 6. aliiq;.* Eamq; sententiam vero consentaneam es- arbitror.

5. Et probatur 1. Ex *definitione adjuncti t. 2.* traditâ uia tota definitio adjuncti Metaphysici carni Chri. respectu ad λόγον competit, ens, quod ab alio re- pitur, ut essentiam ejus quidditativam Logicè non nstituat. At Caro ita recepta vel assumpta est in rbum ejusq; hypostasin, ut quidditatem tamen vel sentiam verbi Logicè non constituat, sed extra eam

maneat

maneat. Non n. Verbi essentia facta est, quæ in fili DEI ante secula à Patre genito eiq; consubstantia consistit, sed in hypostasin eius personaliter recep est, ut jam post unionem filius DEI incarnatus, item caro, & Caro Verbi deificata ac Deus dici debea E. & caro adjunctum dici Verbi poterit. 2 *Qu* omne ens reale ex attributis disjunctis in Metaphy in subjectum & adjūctum dividitur, aut ens reale no est, sed rationis tantùm, aut fictum & non ens. A tributum n. entis disjunctum totaliter omne ens re le exhaurire debet, nihil relinquere aut omittere, s cùs disjunctio est incompleta. *Caro a. in Chro. ens re le est*, non rationis, aut non ens. E. vel subjectum, v adjunctum Verbi est. Sed non subjectum, no enim Caro assumpsit verbum, Sed Verbum a sumpsit carnem. Unio est reciproca; Verbi ad ca nem, & carnis ad verbum: *A*ssumptio est solius Ve bi. E. est adjunctum. *A*ut non ens reale, aut te tium quid inter subjectum & adjunct. in ente reali e rit, quod absurdum. *Neq; hic dicere sufficiet*, in e tibus per naturam cognitis illas disjunctiones proc dere. Sed Carnem & Verbum in Chr. res merè mystica esse, quæ ad tales terminos non revocari debeant Te mini n. partis primæ in *Metaphys. in abstractione ent ad finitum & infin.* procedunt, Vt ipsa divisio Entis i finit. & infin. Creatum & increat. docet, adeoq; a solum Creatum stringi non debent, Vt ibi docetu

Cor

onf. t. 26. 3. *Quia* omnis term. transcendens & in ge-
eralitate entis procedens, ac à Creato & increato
bstrahens, & ad utrumq; indifferens mysticis æquè
: Creatis adhiberi potest. Competit n. Enti, ut sic,
nitim vel divisim, quod tàm in mysticis, quàm usi-
itis & naturalib. locum habet. Sed talis terminus est
ıbjectū & adjunctū, qui enti reali immediatè & disjū
tìm competit, ut totam ejus latitudinem exhauriat.
)m: ens reale vel subjectum vel adjūctum est, aut nō
:ale ens est E: & Carni in verbo competere poterit.
ed non subjecti terminus ei ad Verbum competit, ut
ictum. E. adjuncti.

6. IV. *Quia* omnis unio extraessentialis & non
uidditativa generalem adjuncti rationem admittit.
)m: enim non quidditativum rei ad rem accedens, &
erè ei competens, generaliter adjunctum Metaphy-
cis dicitur, *t.* 2. Sivè internum, sivè externum, neces-
ırium vel contingens sit, sivè aliud. Sed unio Verbi
: carnis etsi intima, circumincessiva, & singularis ac
ıirabilis sit, extraessentialis tamen & non quidditati-
a est, & caro accessit ad Verbum, ut ejus quidditatē
: essentiam tamen non constituat, nec ad unum es-
:ntiale constituendum, sed personale, unio facta est,
c fundamentum hic personæ idētitas, non essentia-
s unitas est, secùs confusio *Eutychiana, Monothele-
ica, & Theopaschitica* orietur, *Ut de mod: prædic: t.*
7: *seq: s: 1:* dictum. E. terminum adjuncti admittet.

Non autem Verbo ad carnem ille competit, quod potiùs ut subjectum se habet, quod carnem in se suscepit. Ergò carni ad verbum, & sic illa hujus adjunctum erit. 5. Quia si term: adjuncti hic non ferendus, vel ideò erit, quia imperfectionem continet, vel quia unionem leviculam, parastaticam, externam, & per adjunctionem importat, & unionis mysterium evacuat, vel parastasin Nestorianam invehit, vel alioquin incommoditatem secum trahit. At nihil horũ omnium est, merasq; ruditates & principii petitiones illa omnia contiēnt, si termino affricentur, t. 13. Qui naturâ sui transcendentalis & generalissimus est, t. 5. Et in generali suâ definitione omnibus accommodari habilis est. Quomodo & in divinis attributa DEI adjuncta generaliter dicuntur, t. 3. Ergò ferri hic terminus in hac materiâ potest. 6. Quia ex ipsis Lutheranis quidam fatentur, Carnē Chri. adjunctũ Verbi dici posse, Ut Scheckius in Coll. Theol. d. 6. Confect. Calovius p. 1. Meta: C. 24. ax. 1. And. Frommius C. 24. L. 2. Metaph. t. 12. prior. edit. Aliiq;. Qui adjunctum generaliter rem sustentatam definiunt, Ut Ritschel. p. 2. Metaph. C. 6. t. 4. facilè carnem Christi adjunctum Verbi concedent. Omnes etiam illi, qui personales prædicationes accidentales, & per accidens hominem de DEO in Christo prædicari dicunt, ut Scheckius, Grauverus, Jacob. Martini, Keslerus, aliiq;, quos s. 1. d. mod. præd. t. 11. allegavi, adjuncti terminũ admittent, qui transcendentalior ac generalior est.

7. Ita rationes pro affirmante sententiâ visæ. Videndæ jam objectiones, quæ contra eam moventur, & pro negante sententiâ adduci solent. Quia eæ diligenter à Micrælio coaceruatæ sunt, eum ex parte sequi utile erit, ut postea & ab aliis adducta resoluantur. Obiicitur I. Omnis adjuncti essentia jam suis causis, antequam adjuncti vicem sustineat, absoluta intelligitur, & perfectionem essentialem non à subjecto, sed aliundè habet. Sed Christi caro non fuit priùs suis causis absoluta, quàm Verbo uniretur, sed in conceptione demùm & formata, & personæ Verbi unita est, non ut adjunctum subjecto, sed ut Creatura Creatori. R. *Antecedens falsissimum est* in omnibus adjunctis successivè è subjecto jam constituto enascentibus, ut dentibus, pilis, cornibus, unguibus, plumis, in animalibus, ramis, frondibus, foliis, fructibus, & palmulis in arboribus ac fruticibus, quæ in potestatibus ac virtutibus causarum & subjectorum latuerunt, è quibus suis temporibus protrudi potuerunt, non esse jam causis suis absolutum habuerunt. Sic rosa adjunctum sui fruticis, & è virtute ejus successivè protruditur, pomum ac pyrum suæ arboris similiter, non esse absolutum jam ante habuerunt. *Sic quantitas virilis* staturæ verum adjunctum hominis, & successivè in homine accrevit, non esse absolutum ante habuit, sed in ipso homine successivè cepit: Itemq; in omnibus accidentibus successivè in subjectum indu-

cendis, ut eruditio, diſciplina, virtus intellectualis & moralis in hominem, quæ eſſentias ſuas cauſis jam abſolutas non habuerunt, & tamen generaliter adjuncta ab omnibus appellantur. *Similiter* in omnibus adjunctis propriis naturaliter è ſubjectis ſuis reſultantibus falſum eſt, quæ eſſe ſuum jam abſolutum non habuerunt, priusquàm ſubjectis ſuis juncta fuerunt, ſed è virtute ſubjectorum, poſtquàm ea plenè in eſſe ſuo conſtituta fuerunt, naturali emanatione demùm reſultare debuerunt, nullum abſolutum eſſe antea habuerunt, in quo jam exiſtentia ad ſubjecta ſua velut appoſita fuerũt. Sic & Carni Chri. nihil obſtat, adjũct dici, licet antea in cauſis abſoluta nõ fuerit, priusquã conciperetur & perſonæ Verbi uniretur. Nec contraria ſunt, ut Creaturam Creatori, & ut adjunctum ſubjecto uniri. Vtrũq; in carne Chri. locũ habere poteſt. Sic anima fidelis templum Dei & adjunctum.

8. II. Vnio nec per adjunctionem, nec paraſtaſin aut aſſiſtentiam facta eſt, nec homo DEUM inhabitantem habens, aut DEUS carnem ſibi adjunctam habens intelligendus, nec Caro divina aut deifera nec DEUS carneus aut Verbum carniferum eſt, ſed Caro eſt DEUS, & DEUS caro factus eſt Joh. 1. ℣. 14. Aliter ſentientibus Cyrillus dudùm anathema dixit. R. Per inhabitationem tamen non eſſentialem & non quidditativam Unio facta eſt, ut non totum eſſentiale, ſed perſonale inde conſtituatur, niſi Eutychianas confu-

ſiones

iones introducere velimus, t. 6. Per intimam recep-
ionem humanitatis in DEUM. Et hoc sufficit, ut
Caro adjuncti vicem ad verbum obtineat, quia unione
on essentiali illi juncta est. Non opus externâ ad
unctione aut assistentiâ ad Verbum cum Nestorio,
ualia ex solo sono vocis adjuncti extorquentur, &
uibus rectè anathema à Cyrillo dictum, sed formali
Metaphysico dextrè explicato, quod hic longè aliud,
. 5. Et ab omnibus istis abstrahere potest. Nec unio-
ie per adjunctionem opus, Cum per intimam recep-
ionem & inhabitationem esse possit, sed tantùm ut
efinitionem adjuncti Metaphysicam participet,
uod hic fit. Sic attributa entis adjuncta ejus, t. 3.
Nec per adjunctionem ei unita, sed internam simpli-
emq; emanationem ex entis naturâ resultant, ut à
arte rei realiter ipsa ejus essentia sint. Idem in attri-
utis DEI procedit, ut in Pneumaticis docetur.

9. III. Non coadoramus hominem cum DEO, ut
djunctum cum subjecto, sed unâ adoratione θεαν-
θρωπον & DEum hominem factum adoramus. Ho-
no DEUS est, non adjunctum DEI. R. Ita est, non
doratur homo iste ut adjunctum, sed ut pars persona-
is verbi ex DEO & homine jam compositi, Ubi com-
positum propriè adoratur, prout actiones & passiones
uppositorum propriè esse solent, ut tamen partes eo-
um non excludantur, & si nec specialiter in illis de-
ominentur. Sic in civilibus adoramus regem, princi-

pem, non animam aut Corpus ejus, & si illa tamen rege exclusa esse non debeant. Sed illa ipsa caro, quatenùs accessit ad DEUM Verbum, ab eoq; in hypostasin suam non essentiali ratione suscepta est, verè adjunctum Verbi nominari potest, & si non quatenùs adjunctum adoratur. Sic non adoratur ut Creatura, sed ut pars personalis DEI incarnati: Reverá tamen etiam in unione est & nominatur Creatura. Similiter homo ille DEUS est unione personali, & simul adjunctum DEI, quatenùs extra essentialiter ad Verbum accessit, ab eoq; in hypostasin suam susceptum est. Verbum incarnatum s. natura divina filij incarnata adoratur, quæ idem ac ipsa Chri. persona quoad rem est, ut alibi dictum. IV. Subjectum & adjunctum sunt res duæ quæ sibi extra suas essentias & naturas sunt, & unum tantùm per accidens faciunt. Sed Caro in hypostasin & naturam Verbi intimè recepta est, ut pars ejus facta fuerit, ut unus DEUS & homo simul sit. Ubi ratio subjecti & adjuncti planè exspirat. R. Antecedens falsum est in omnibus adjunctis propriis ad subjecta sua, quæ non sunt res extra essentias subjectorum sed intimè in illis inclusæ, & ab illis naturali emanatione ab intra redundant, ut risibile & docile de homine, rugibile de leone, latrabile de cane, hinnibile de equo, & similibus, nec unum per accidens faciunt, sed per se, & in secundo modo dicendi per se de subjectis dicuntur, ut apud Aristotelem l. 1. post. C. 4. omnesq;
Logi-

Logicos docetur. Ut homo per se est risibilis, leo rugibilis, equus hinnibilis, non per accidens, nec unio accidentalis, sed *essentialis in secundo modo hic est*, ubi proprium de subjecto suo adæquato dicitur, adeoq; non unum per accidens, sed per se est.

10. *Similiter falsum est* in omnibus attributis DEI de DEO, & entis de ente, ubi non duæ res extra suas essentias sunt, DEUS ac ens, & attributa eorum, sed una ac eadem res à priori ac quidditativè spectata, & a posteriori ac attributivè spectata est, quomodo Deus unus, verax, bonus, sapiens, justus, omnipotens, & ens verum, bonum, perfectum, ubicatum, causa vel causatum, vocatur. Una res est, quæ subjectum vocatur, ut ab attributis denominatur, & adjunctum, ut à posteriori illi competere, illudq; denominare ea intelliguntur. Consequenter hic nec unum per accidens, nec compositio sequitur. Et tamen subjecti ac adjuncti ratio hic locum habet. t. 2. 3. *Falsũ etiã illud*, adjuncti rationem præcisè unum per accidens facere. In omnibus enim adjunctis propriis id falsũ, ut visum. *In eminentibus & transcendentibus similiter falsum est*, ut, DEUS est justus, bonus, sapiens, verax, Ens est unum, verum, bonum, perfectum, ubicatum, durans, necesse vel contingens, quæ omnia per se & simplicissima sunt. *Deniq;* falsum est, illi per se statim per accidens opponi. Per aliud enim adæquatè illi opponitur, quod latius, quàm per accidẽs,

esse

esse potest. Et hic in Christo unum per aliud, mirabilem nempè unionem & concursum duarum naturarum ad unum suppositum dici possit, ut jam olim *de modis prædicandi s. 1. t. 24. Et s. 2. t: 12.* monui. Et Ens vel *per se vel per aliud* in Metaphys: dici potest, ut in Metaphys. dictum.

11. V. *Omne adjunctum* sic habet respectum ad subjectum, ut ei vel inhæreat, ut latrabile cani, vel adhæreat, ut vestis homini, vel occupetur circa illud, ut visus circa colorem. Sed Caro Christi nihil horum ad Verbum est. Non inhærens, quia substantia est, non accidens prædicamentale, vel adhærens, quia in ipsam Verbi hypostasin intimè recepta, nec occupati, Verbum enim principium passivum fieret, & Caro activum, quod contrà esse debet. Ergò prorsùs non adjunctum. *R. Insufficiens enumeratio est*, Addi enim debet adjunctum qualitercunq; subjectum suum denominans, ut in attributis divinis & entis. Sic DEUS est bonus, sapiens, verax, ens est unum, verum, perfectum, ubicatum. Ubi nec inhærens, nec adhærens, nec ocupans habes, & tamen vera attributa legitimè sua subjecta denominantia sunt, & hactenus adjuncta. Subjectum & adjunctum est vel inhæsionis, vel adhæsionis, vel occupationis, vel qualiscunq; denominationis *t* 2. Vt, Deus est Creator, Conservator, Gubernator, Justificator, Glorificator. Unde generaliter quidam subjectum in attributionis & occupationis

ionis, *ut Calovius C: 24. Metaphys:* Vel informationis ac denominationis dividunt, *Ut Scheiblerus c.* . *Top:* & *Lib: 1. Metaphys: C: 23.* Ubi ad denominationis subjectũ omnia adjuncta in universum subjecta sua verè denominantia referri queunt, etiamsi nec adhæreant, nec inhæreant, nec occupentur, ut in eminentibus, transcendentibus, & deficientibus infinita exempla sunt, ut DEUS est iustus, ens est necessarium, contingens, finitum, infinitum, Cæcitas est dura & molesta, miserabilis, paupertas est ridicula, infelix, contempta, tenebræ sunt horridæ, mors est formidabilis, somnus est refocillans, quæ verè de subiectis per modum adiunctorum dicuntur, accuratè tamen non inhærent, adhærent, aut occupantur.

12. VI. *Adiuncti* ad subiectum accessio accidentaliter fit, taliter enim cum subiecto consentire Philosophi tradunt. Sed Caro Christi non assumitur accidentaliter, nec per modum adiuncti, sed vnionis personalis in ipsam verbi hypostasin. Nec Nestorio talibus terminis ansa danda est ad Orthodoxiam calumniandam. *R. Accidentaliter fieri* si ut accidens prædicamentale ad substantiam accedere intelligitur, *Maior falsissima* in omnibus adiunctis transcendentibus, eminentibus, & deficientibus est, quorum nullum ut reale ac prædicamentale accidens ad subiectum accedit, & tamen ut adiunctum de subiecto prædicatur, ut DEUS est iustus, ens est ubicatum,

 con-

coecitas est miserabilis, *t. 11. Si ut extrinsecùs*, levi culè, & obiter unitum, sic falsa in omnibus adjuncti propriis est, quæ non extrinsecè aut obiter, sed intrinsecè, necessariò, ac essentiali è subjectis fluxu ad ea accedunt, Itemq; attributis DEI ac entis, quæ sic ad e competunt, vt à parte rei ipsa subiectorum essenti sint, *t. 3. Si generaliter*, ut extraessentialiter & non qvidditativè in conceptu Logico subjectis competere notet, sic omnia adiuncta accidentaliter accidunt sed meliùs generaliore termino extraessentialiter dicitur, & nec unionem externam, nec leviculam important, Cum à parte rei ipsæ subiectorum essentia esse possint, ut attributa DEI ac entis. Et sic etiam Caro intimè Verbo unita esse potest, ut tamen non ipsa verbi essentia facta sit, & sic ut adiunctum in illud receptum dici possit. Cum Philosophi adjuncta accidentaliter cum subjectis consentire dicunt, de adjuncto *Logico Logiceq;* intellecto, & in Logicis id dicunt. Nobis autem qvæstio de adjuncto *Metaphysico* & Metaphysicè accepto ac definito, ac transcendentali est, qvod tàm essentialiter, qvàm accidentaliter cum subjecto consentire, jmò à parte rei ipsa subjecti essentia esse potest, ut in attributis DEI ac entis patet, modò Logicè non quidditas subjecti sit. Et tale qvid carnem in respectu ad Verbum dici posse dicimus. De *Nestorio t. 22.* videbitur.

13. VII. *Inter adiunctum* & subiectum accidendi

lentalis & leviuſcula eſt cohæſio, qvod de unione hypoſtaticâ carnis cum Verbo cogitare impium eſt, Cum nulla forma tàm arctè cum materiâ cohæreat, ac Verbum cum carne. Nec internum adiunctum erit, non enim ex eſsentia ſubiecti fluit, ſed externum, qvod leviuſculè ſubiecto cohærere ſolet. *R. Antecedens falſiſsimum* eſt in omnibus proprijs adjunctis, ubi eſsentialis & inſeparabilis cum ſubjecto eſt cohæſio, ut ipſum ſubjectum in ſecundo momento velut repræſentent. Similiter in omnibus adjunctis eminentibus & tranſcendentibus, qvæ à parte rei ipſa eſsentia ſubjectorum ſunt, *t.* 9. 10. Sola adjuncta extrinſeca leviculè cohærent cum ſubjectis, ut veſtis cum homine. *Coetera* pleraq;, tàm propria, qvàm communia, arctisſimè ſubjectis ſuis cohærent, vt qvædam inſeparabilia dicantur, qvòd realiter non, aut valdè difficulter à ſubjectis, in qvibus actu jam ſunt, ſeparentur, ut nigredo à corvo & panno, albedo á cygno, ut in *Logicis l.* 1 *C.* 3. dictum. Sic color bovi, eqvo, cani, panno, eruditio, figura, qvantitas, homini, ædificio, qvantitates, qvalitates, ſubjectis ſuis tenacisſimè inhærent, non de unione leviculâ hic cogitandum. Nec ea adjuncta interna tantùm ſunt, qvæ ex eſsentijs ſubjectorum fluunt, ut propria: Sed & multa communia, ut colores, figuræ, qualitates patibiles, habitus, diſpoſitiones, magnitudines, parvitates, qvæ tenacisſimè & internè ſubjectis

inhærent, etiamsi ab essentijs subjectorum non præcisè fluant. VIII. *Inter subjectum & adjunctum non est intima perichoresis & circumincessio, ut neutrum extra alterum esse possit, ut in Verbo & carne Christi est.* R. *Hoc* ad specialem unionis personalis rationem pertinet, qvà totus λόγος toti carni, & tota Caro toti Verbo unita est; Generalem rerum rationem tollere non potest, ad qvam subjecti ac adjuncti ratio pertinet. *Perindè acsi dicas*, Inter albedinem & hominem non est perichoresis. Ergò albedo non verè inest aut juncta est homini. Vel, in subjecto & adjuncto non unitur divina & humana natura, ut in Christo. In hoc enim specialissima ratio hujus subjecti & adjuncti mystici consistit, qvæ nullum simile in totâ naturâ agnoscit. *Conf. t. 18.* 2. Et antecedens de DEO & attributis divinis, ente & ejus attributis, animâ & corpore misto, cui accedit, falsum est, ubi totalis circumincessio subjectorum & adjunctorum est. Etiam de ferro & igne illud permeante est falsum, ubi tamen ferrum subjectum ignem recipiens, & ignis ferrum subiens pro adjuncto est. Sic in spongiâ & aqva permeatio est, & tamen spongia subjectum, aqva ei accedens adjunctum est. In massa & fermento eam penetrante illa subjectum, hoc adjunctum est.

14. *Dices: Neqvaqvam ignis* ut adjunctum ferri se habet, sed ut potentia & actus. Ferrum potentia

entia, & ignis actus est, qvi ferrum ignitionis capax subit, penetrat, & perfectione ignis actuat, ut agens naturale & actuosum vnitur ei, & omnibus partibus illud sibi assimilare vult. Idem etiam de animâ & Corpore dicendum. R. *Hæc omnia rationem subjecti & adjuncti non tollunt.* Est ignis actus, qvatenùs perfectionem ferro indit, & ferrum potentia, qvà iam ab igne recipere potest. Sed aliâ rerum collatione & ferrum pro subjecto ignem recipiente, & ignis pro adjuncto ad ferrum accedente illudq; subeunte ac penetrante, accipi potest. *Quomodo nihil absurdi est*, aliqvid actum & potentiam esse, & aliâ collatione Causam & causatum esse, ut anima & Corpus, ubi illa forma, hoc formatum est. Ita pro variâ rerum habitudine varij termini rebus aptari possunt. Sic DEUS subjectum ratione attributorum suorum, Causa respectu Creaturarum, & primò diversus ab illis ratione earundem, mensura respectu perfectionum, actus respectu possibilium, principium ratione ortorum, simplex respectu compositorum, exemplar ratione intelligentium, ut angelorum & hominum, dici potest. *Sic* Pater causa ratione filij sui, Causatum ratione Patris & avi sui, Consul, subditus, ratione principis aut regis, & Magistratus ratione civium suorum, qvibus imperat, vocari potest.

15. IX. *Si mens circa adjunctionis phantasmata occupabitur*, non immeationem, sed parachoresin &

emeationem concipiet, & personæ vnitatem in Chri-
sti tollet. R. *Non id mens faciet*, si solidè circa ter-
minos versata sit. Ad immeationem enim & non
immeationem *terminum adjuncti reverâ indifferen-
tem*, & in vtraq; esse posse perspiciet, ut in animâ &
corpore, ferro & igne, aqva & spongia, DEO & at-
tributis divinis immeatio est, V. *t. 13*. In homine &
docilitate, pariete & albedine, Corvo & nigredine
non est, & in vtroqvè rerum genere tamen subjecti
ac adjuncti ratio esse potest. Si terminorum habi-
tudines non satis penetret, non ex eo, qvod locua &
ignara mens sibi somniaverit, de terminorum ratione
apud solidum Philosophum statim conclamatum esse
debet, qvi ipsas adæqvatas eorum habitudines exactè
inqvirit, sistit, & applicat, non qvid stulta hujus & il-
lius mens somniorum sibi de rebus fingat, curare in-
cipiet. X. *Omne adjunctum est* inhærens vel adhærens.
Sed caro non inhærens, non n. accidens prædicamen-
tale. E. adhærens. Sic vel circumstans vel connexum.
Non illud, quia non locus aut tempus est. Non hoc,
quia non extrinsecùs cum subjecto recipiente con-
jungitur, ut arma, vestes, calcei. R. *Antecedens in-
sufficienter enumerat*. *Addendum*, aut subjectum deno-
minans. Sic attributa DEI, entis, deficientium re-
rum, ut coecitatis, surditiei, *t. 11*. DEUS & ens &
non composita sint, tamen subjecti ac adjuncti ratio-
nem subire possunt, non n. ea semper compositionem
infer-

nfert, nec realem adjuncti ad subjectum diuersitatem, sed rationis tantùm, ut in attributis DEI ac entis patet, *t*. 3. Quare nihil imperfectionis hic, quod terminum illum à materiis hic jure remouere cogat. Et quod taliter ut adjunctum se habet, non extrinsecùs subjecto recipienti conjungi necessum habet, sed & intimè in illud recipi potest, ut ignis in ferrum, anima in corpus mistum. Et sic Caro Chr. intimè in hypostasin Verbi recepta est, *t*. 8

16. *XI. Nullum adjunctum* de subjecto suo vocabulis substantivis in casu recto prædicatur, vt, homo est vestis, Sed vestitus. Sed in Christo substantivè dicitur, DEVS est homo, non solùm humanus, & homo est DEVS, non solùm divinus. Ergò non se ut sub: & adjunctum respiciunt. Ita etiam *Crellius* Photinista *L. 2. d. vn. Deo, s. 2. C. 6. R. Antecedens* in omnibus extra unionem separatim etiam existentibus falsissimum est, tàm in vocibus substantivis, quàm casu recto, ut, hircus est cervus, & cervus est hircus in hircocervo, non solùm cervinus, Equus est cervus & contrà in equicervo, leo est pardus & contrà in leopardo, Camelus est pardus & contrà in Camelopardo, Canis est vulpes & contrà in Cynalopece, Cervus est dama & contrà in tarando, cervus est bos & contrà in cerviboue,

& simi-

& ſimiliter. Vbi tamen unum pro ſubiecto, al-
terum pro adiuncto eſſe poteſt. Quæ animalia
realia in rerum naturâ, & non figmenta eſſe, alibi
monitum, *d. mod. præd. ſ. 2. t. 8. 9. Similiter falſum
in omnibus figmentis* Poëticis eſt, ut homo eſt tau-
rus & contrà in minotauro, Leo eſt draco & con-
tra in Chimærâ: *Ut & artificialibus*, ut lapis eſt
ſtatua, columna, lignum eſt Mercurius, ulna, po-
culum eſt aurum, argentum, cuprum, ſtannum,
Eminentibus, ut DEVS eſt veritas, ſanctitas, iuſti-
tia, bonitas ſua, non ſolùm adiectivè, eſt verus,
ſanctus, iuſtus, bonus, & *Tranſcendentibus*, ut Ens
eſt unitas, veritas, bonitas, ubietas, duratio ſua, non
ſolùm adiectivè, ens eſt unum, verum, bonum, ubi-
catum, durans, quia nempe omnia illa à parte rei
realiter idem cum DEO & ente ſunt. *In prædica-
mentalibus* ſimile eſt, ut homo eſt pater, Conſul, do-
minus, Servus, animal eſt leo, canis, taurus, equus,
urſus, Planta eſt ruta, cypreſſus, abies, ornus, alnus,
roſa, & ſimiliter, vocibus ſubſtantivis & caſu recto.
Et tamen ut ſubjecta & adjuncta ſe habere poſſunt.
Quid mirum, in Chriſto ſubſtantivé dici, homo eſt
DEus, & DEus homo, quia DEI & hominis unum
idemque poſt unionem ſuppoſitum eſt? Deinde u-

troqu

troq; modo in Christo dicitur, substantiuè & adjecti-
è, ut DEUS est Caro & incarnatus, homo & huma-
iatus, homo est DEUS & deificatus, Caro λόγος &
λογοθεῖσα, quomodò Patres quandoq; loquuntur. V.
Damascen. L. 3. d. fid. C. 2.

17. Deindè quid illud, vocibus substantiuis & asu recto? Annon & adjectiuum est casus rectus, ut aries est albus, dealbatus, homo est doctus, niger, lueus, vestis est tincta, colorata, domus est picta, struta, exornata? Sanè nominatinus judicio omnium ogicorum est casus rectus. Hic autem Nominatii sunt, etsi voces adjectiuæ. Casus tàm rectus, quàm bliquus in substantiuâ & adjectiuâ voce esse potest, & ad utramq; naturâ sui indifferens est, Ut substantium & casus rectus non præcisé jungi debeant. Sæpè a substantiuis est, ut homo est doctus, rudis, moratus, usticanus, mollis, durus. Dices: Isti termini omnes int relativi, respectum ad subjectum aut correlatum nportantes, & sic paronymici & denominatiui, non x substantiæ prædicamento sumpti. In Christo a. erminis absolutis & substantialibus dicitur, DEUS t caro, homo est DEUS, & vicissim. R. Quà sonum ermini absoluti esse videntur, Quia substantiui & abstracto, ut videtur, quomodo & in ente, Ens est nitas, veritas, bonitas, t. 16. Sed quà sensum Logium, quem Logicus sub illis vocibus concipit, omes sunt connotativi, respectum ad subjectum, quod

afficiunt, & in quo uniuntur, connotantes, & sic Lo-
gicâ potestate paronymici ac denominatiui sunt, ha-
bitudinem non essentialem & non quidditatiuam di-
centes, quam Logicus in universum paronymam præ-
dicationem parere affirmat, ut late Tra. d. mod. præd.
f. 1. & 2. ostensum. Sic & in Chro unio ac habitudo
non essentialis, extraessentialis, & non quidditatiua
est, nisi in Eutychiana deliria prolabi velis, persona-
lis nempe, & totum personale, non essentiale est, te.
Cõsequenter & prædicatio paronymica est, siue term.
substantiuis, s. adjectiuis, siue abstractis quà sonum s.
concretis fiat, sensus semper in concreto est. Ex sub-
stantiæ a. prædicamento terminum sumi, totum hic
indifferens est, Cum & ex substantiæ & accidentis Ca-
tegoriâ in paronymis sumi possit. Ut, herba est men-
ta, rosa, rosmarinus, poculum est aurum, stannum,
hircus est ceruus, leo est pardus, Canis est vulpes, Cer-
uus est bos, t. 16. Homo est doctus, rudis, virtuosus, vi-
tiosus, Consul, professor, dominus, &c. t. 17. Omnia
tamen sensu Logico paronymica & denominatiua
sunt.

18. XII. Inter quæ subjecti & adjun. schesis est, an
non prædicationes inusitatas pariunt, ut in persona-
bus fit, quæ ad nullum modum Logicarum prædica-
tionum quadrant. R. Nec debent eas parere, nec
ex suâ generalitate ad tàm specialem rationem præ-
dicandi pariendam habiles sunt. Usitatum aut in

usi-

ısitatum, naturale aut præternaturale esse, ad specia-
em materiæ conditionem pertinet, generalem re-
um habitudinem ad se dicentibus nihil adimit, inter
quos subjectum & adjunctum referuntur. *Et gene-
ali materiæ ratione* Caro de Verbo ut adjunctum
prædicatur, *ex speciali* ut supernaturale & inusitatum,
& specialissimâ ut personale prædicatum de eo præ-
licatur, quomodo Corpus Christi de pane Euchari-
tico ut Sacramentale prædicatum prædicatur, ut, pa-
nis est Corpus Christi. Sed ut hæc specialis condi-
io materiæ generalē cōd: non tollit, nec formalē, ut
qvòd prædicatio consentanea, affirmans, Synonymi-
a vel paronymica, Concreta, non abstracta, finita
eu terminis finitis constans, non infinita sit, recta,
ion obliqua sit, nec materialem generalem, ut qvòd
era, extraprædicamentalis, præternaturalis, propria
ensu Rhetorico sit: *Sic & specialissima* conditio ma-
eriæ, ut inusitatum, personale vel Sacramentale præ-
licatum esse, conditionibus generalibus, formalibus
& materialibus, adimere aliqvid non potest. *Si ex
llâ speciali materialitate generalem subjecti & ad-
uncti prædicati habitudinem* negare velis, perindè fa-
ias, acsi consentaneas, extraessentiales, Concretas,
ectas, finitas, veras, extraprædicamentales prædica-
iones esse negare velis, qvòd inusitatæ sint. Speci-
lia non tollunt generalia, sed anteponunt. Sunt
ersonalia inusitata: Sed simùl sunt affirmantia, Con-

creta, paronymica, rectis casibus formata, vera, extr
prædicamentalia, præternaturalia, Rhetoricè propri
& similia. Vtrumq; hic admittendum, non alteru
alteri opponendum est. *V, t, 13, 24.* Deindè falsu
est, ad nullum modum Log. prædicationis inusita
qvadrare, Cum & ad formales, ut affirmans, paron
micum, concretum, rectum, finitum, & materiales m
dos, ut verum, extraprædicamentale, proprium, præ
ternaturale esse, quadrent, ut constat, & *Tr. d. mod.*
præd. s. 2. t. 20, latiùs deductum. Ad modos u
tatos ac naturales, qvi tantùm pro usitatis & natur
libus habitudinibus enuntiatorum sunt, non qv
drant, *c. l, t. 5.* Ad reliqvos benè qvadrare possunt.

19. XIII. *Terminus* adjuncti in Ecclesiâ plan
novus ac inauditus est, & Patres Orthodoxi non λ
γον carnis, sed carnem λόγου δοχεῖον & receptac
lum dixerunt, juxta *Col. 2. v 9.* Vt caro potiùs su
jectum verbi sit, qvàm verbum carnis. Capit enim
recipit, & possidet verbum. Et *Patres* Carnem δ
χεῖον σοφίας καὶ θεότητος vocant, ut *Epiphan*
in Ancor. Sic caro potiùs subjectum, qvàm adjun
ctum erit. *R. Quotquot* Christum unum per acc
dens dixerunt, *ut Scotus, Occamus, Scheckius,* &
prædicationes personales qvasi per accidens, ut ijdem
& *Damascenus, ut de mod. præd. s. 1. t. 36. 37. Et s.*
t. 12, dixi, ac humanitatem adventitiam personæ Ve
bi dixerunt, ut *Biel 3. sent. d. 7.* Carnem verbi ad
junctum

unctum in reipsâ dixerunt, & dicere potuerunt, & si terminum in sono non adhibuerunt. Quotquot item carnem velamentum verbi dixerunt, allusione ad velamen V. T. factâ, *Hebr. 10. v. 20.* Eamqvè vestimento hominem cingenti, & incarnationem homini vestibus induto, soliqvè arbori illucescenti, & ramo trunco arboris inserto, comparârunt, ut *Cyprian: Serm: d. nativ. Cyrillus l. 11. in Ioh. C. 14. Athanas. Serm. c. Ari. Augustin. ep. 56. alijq;*, ad adjuncti terminum inclinârunt. Omnia enim illa adjuncta Metaphysicis dici solent. Item qui animam rationalem & carnem verbo accessisse docent, ut *Augustin: Enchir: C. 31. alijq;*. Qvicqvid accedit ad aliud, generali sensu adjunctum ejus dicitur. Ipsa Scriptura eò velamenti & vestis voce manuducit, *Hebr: c. l. Apocal: 19. v. 13. 16.* Christus corpus suum vocat templum, *Ioh: 2. v. 19.* Apostoli tabernaculum, *Hebr: 9. v. 11. Ioh: 1. v. 14.* Qvæ adjunctorum rationem ad ea, ad qvæ accedunt, habere posse, certum est. Et licet novus term. sit, dùm verus & congruus sit, qvalis hic ad unionem extraessentialem declarandam est, ne in Eutychianas confusiones decidamus, *t. 6.* satis est. Omnes terminos artium aliqvando novos esse oportuit, Cum primò inventi aut adhibiti fuerunt. *Patres* Carnem λόγȣ receptaculum alio respectu & collatione dixerũt, qvàm qvâ nos carnem λόγȣ adjunctũ dicimus, qvatenùs nempè adumbravit & velavit ver-

bum, illudqúe in carne ut velamento suo visibile & palpabile nobis factum est, *1. Ioh: 1. v. 1.* Qvod natura sui invisibile mansit, & inter nos habitavit, *Ioh. 1. v. 14.* Estqúe Caro λογοδόχος, sed passivè, qvòd à Verbo in unione personali assumpta est, non activè, qvòd ipsa Verbum in se receperit. Nos adjunctum ad illud dicimus, qvia ad Verbum jam ante existens accessit, Verbum eam in se & subsistentiam suam recepit, & perfectionem qvandam ab eo velut subjecto suo mutuata est, non autem Verbum à carne.

20. *XIV.* *Adjunctum* vel ex subiecto emanat, vel ad illud aut circa illud recipitur. Quorum nihil de carne ad Verbum dicitur. *R. Attributa DEI* nec secùndùm rem emanant, nec ad DEUM aut circa eum recipiuntur, sunt enim realiter ipse DEUS, *t. 3.* Et tamen adjuncta. Itaq; antecedens falsum. *Et addendum,* aut qualitercunq; à posteriori respectu nostri denominat, ut attributa DEI, entis, & rerum deficientium, *t. 11. XV. Ubi ex subjecto adjunctum* aut contrà fit, ibi duæ substantiæ in se agunt, & modò vincunt, modò vincuntur, & se ut causæ & effecta habent, ut in reactione. Sed hoc nihil quadrat ad incarnationem. *R. Antecedens* totum falsum, nec ex naturá rei sumptum est. Homo & vestis, arma, ornamenta, ut subjecta & adjuncta se habent, nihil in se agunt & patiuntur. Liber libro, asser asseri appositus subjecta & adjuncta, ac vicissim invicem fiunt, nihil

nihil agunt aut patiuntur in se, nec causarum & effectorum rationem subeunt. Idem in infinitis aliis exemplis procedit. In se agere aut pati, vincere vel vinci, ad formalia subjectorum & adjunctorum prorsus indifferentia sunt, ut è definitionibus patuit, *t.2. XVI. DEUS fidelibus* accedens non dicitur adjunctum eorum, sed ut causa ad effectum se habet. Cur caro ad Verbum accedens ita dicatur? *R. Potest* generaliter dici adjunctum eorum, sed mysticum & eminēs, etsi *ratione operationum*, quas in illis edit, ut vivificare, sanctificare, confortare, solari, excitare, benefacere, gratiosè conservare, obsignare, Causæ ad effectum rationem habeat. Non enim otiosa est gratiosa DEI præsentia, sed maximè operosa, *Ut s. 2. d. eff. alic. t.* 22. 24. dictum. Non absurdum est, pro diversis rationibus diversorum terminorum denominationes uni rei aptari, *t.14.* Sic Sp. S. donum fidelium augustissimũ, qvod à DEo datum habent, *Act.*5.*v.*32. & sic adjunctum, Et tamen DEus. *V. d. meth. Trin.* t. 13. *XVII. Definitio adjuncti* ex formali suâ ratione explicanda est, qvæ hæc est, ut adjuncti essentia, anteqvam adjuncti vicem subeat, jam absoluta intelligatur, & deindè alicui per modum inhærentis, adhærentis, vel occupantis addatur, qvod ad carnem in Verbo non qvadrat. *R. Hoc formale adjuncti* falsissimum est, & gratis fingitur, nec in illis, qvæ è potestate subjectorum successu temporis emergunt, locum

cum habet, *t.7.* *Sed* ita ad aliud accedere, & ab eo recipi, ut qvidditatem & essentiam ejus non constituat, *t.2.* *Sivè* in causis suis jam absolutum sit, sivè ex illis demùm eruendum sit, ubi eruitur, & ad aliud accedit, adjunctum ejus generaliter dicitur, ut folia, fructus, rami, ad arborem è virtute ejus educti, & ad eam adjecti, ut *supra* dictum. XVIII. *Etsi caro* essentiam verbi non constituat, non tamen statim ejus adjunctum dicenda. Nec statim adjunctum, qvod non alicujus natura & essentia est. Imò ob hoc ipsum, qvòd Caro illa in ipsam filij DEI essentiam assumpta est, adjunctum ejus dici non debet, hoc enim præter essentiam subjecto adjungitur per inhærere, adhærere, aut occupari. *R. Adjunctum* præter essentiam subjecti adjungitur, hoc est, ut essentiam ejus *Logicè* non constituat, & sic etiam Caro ad Verbum accessit, ut essentiam ejus non constitueret, nec illa permixta, confusa, aut eversa per eam esset, sed qvod fuit, perfectè maneret, & qvam non habuit carnem intimè, inconfusè tamen, impermixtè & distinctè, in suam hypostasin reciperet, ut extra eam nunqvam dari aut cogitari debeat. Qvòd autem ita ad aliqvid accedit, generalissimo sensu Metaphysico adjunctum dicitur, *t. 2. 6.* Adhærere, inhærere, & occupari, ad totalem adjuncti rationem exhauriendam insufficiens est, Cum & generaliter denominare ad illud reqviri, in eoqvè sisti possit, *t. 11.*

21. Ita *Micrælij* rationes contra adjunctum in carne Christi discussæ. Videndæ jam & *aliorum* sunt, quas proferunt. *Objicitur XIX. Nulla pars* rei de suo toto aut alterâ parte ejus per modum adjuncti prædicari potest. Adjunctum n. non debet constituere essentiam subjecti. Sed pars totius essentiam constituere debet. Atqui Caro Chri. est pars personalis Verbi compositi, ut Phil. & Theologi communiter vocant. E. nequit de Verbo per modum adjuncti prædicari. *R. Antecedens falsum est* de omnibus partibus extra unionem peculiarem subsistentiam habentibus, quæ & per modum partium, & adjunctorum prædicantur, Ut hircus est cervus, & contrà, leo est pardus, & vicissim, Canis est vulpes & vicissim, *V. t. 16. Similiter de* partibus secundariis ad subjecta sua accedentibus, ut dentib. pilis, cornibus, unguibus, pomis, pyris, ramis, foliis in animalibus & arboribus, quæ & partes, & adjuncta subjectorum suorum, in quibus sunt, dici possunt. Sæpeq; partes aliquæ toti constituto jam adduntur, ut dentes, pili, cornua, ungues, Quas adjuncta vocare nihil absurdi infert, *t. 7.* Insese substantiæ, & sic subjecta sunt: In ordine ad totum, cui accedunt, adjuncta ejus dici possunt. De partibus essentialibus & quidditatem totius constituentibus procedet, de integralibus secundariis non, ut dictum. Caro a. in Chro. & si pars Verbi ex DEO & homine compositi sit, non tamen essen-

tialis, sed extraessentialis, ac personalis pars est, quæ ipsam essentiam Verbi non constituit, sed ad eam jam existentem recepta est, ut in & cum eâ simul subsisteret, & Verbi caro esset. In talibus a. partibus etiam adjuncti ratio locum habet. Ut tota suas partes recipientia, subjecta dici possunt: Sic & tales partes à totis suis ut subjectis receptæ, adjuncta eorum generali sensu dici possunt. *Deinde* Nulla pars scil. quæ jam actu pars sui totius facta est, potest esse adjunctum, scil. ejus, Cujus actualis pars jam facta est. Caro est pars Verbi ex DEO & homine constituti, & sic respectum quodammodò synonymi cum accipit, quatenùs ad essentiam totius mystici ex DEO & homine compositi constituendum velut altera pars personalis concurrit, quod aliàs sine eâ compositum personale non esset, quanquam synonymum hic cautè urgendum, ut *d. mod præd. s.* 1 *t.* 26. *seq.* jam monitum: Quo respectu non adjuncti, sed partis rationem obtinet, *V. Damascen. l.* 3. *d. fid. c.* 4. Sed est adjunctum Verbi simplicis, vel divinæ Verbi naturæ, quatenùs ad illud tracta est, accessit, & in eo recepta est, ac ab eo hypostaticè terminatur, ut extra illud inveniri aut cogitari à primo conceptionis momento non debeat. Et hoc respectu inprimis adjunctum Verbi nominari solet. Sic surculus in stipitem insertus adjunctum stipitis, sed postea pars arboris totius excrescentis fit, ex surculo & stipite constitutæ. Caro est *pars* Verbi

sed

ſed jam compoſiti: *Adjunctum* ejus, ſed quà id naturam divinâ filij in Concreto notat, in cujus hypoſtaſin tracta eſt, ut in eâ ſubſiſteret, nuspiam extra eam reperiretur. *Conf. t.* 4.

22. *XX. Nullum adjunctum* perſonatur. Sed Caro Chriſti perſonatur in Verbo. Ergò non adjunctum. *R. Nullum adjunctum* perſonatur uſitato ſcil: & communi modo: Poteſt tamen myſtico & extraordinario, ut de carne in Chriſto novimus. Et in hoc ſpecialis conditio hujus materiæ, Carnis Chriſti eſt, à qvâ ſpecialisſimâ materiæ conditione major ad generalem aliqvem terminum de eâ negandum procedit, qvod inſul sè proceditur, *t. 21.* In hoc ſolius hujus adjuncti, Carnis Chriſti, privilegium eſt, qvòd perſonetur, hoc eſt, in ſubſiſtentiã Verbi intimè trahatur, ut nusqvam extra illud ſubſiſtat, in qvo ſimile nullum in naturâ habet. Sed & eo adjuncti ratio generalis non neganda. *Perinde* acſi ex eo, qvòd attributa DEI & entis realiter ipſa DEI & entis esſentia ſunt, ea adjuncta esſe neges, cum hoc ſpeciale eorum privilegium ſit, in qvo à cœteris adjunctis prædicamentalibus univerſis diſcedunt, ut generalis tamen adjuncti definitio illis propterea non neganda ſit. *Deindè* Major in attributis DEI negari poteſt, qvæ velut perſonari dici posſunt in Natura DEI, hoc eſt, ita in eâ recipi, ut à parte rei & materialiter ipſa DEI natura ac perſona ſint, non realiter ab eâ differant,

Ut aliàs in Theolog. docetur, & *Dec:1. Misc. d.4.* di-
ctum, & tamen adjuncta manent, ac à Metaphys: ita
vocantur, *t.3.* *XXI. Nestorius* facile triũphat, & pa-
rastasin suam defendet, si Caro tantùm Verbi adjun-
ctum est. *R.* Triumphat in capite miserorum tene-
brionum, qvi nunqvam solidi quid his de materiis
hauserunt, non in re ipsâ & veritate. Multa adjun-
cta intimè subjectis suis inhærent, ut naturaliter ex il-
lis resultent, & per nullam naturam indè realiter avel-
li posſint, ut omnia propria. Multa ipsæ rerum es-
sentiæ & naturæ sunt, ut attributa DEI & entis. Qvis
hic parastases somniabit? Digni illi, qvi per para-
stasin dociles, flebiles, risibiles sint, hoc est, non ex
intimâ naturâ tales, sed per assistentiam. Quo pa-
cto facile in internâ naturâ in bruta degenerare pos-
sint. Nescio, an mentem satis compositam habeant,
qvi sic argutantur? Certè *propriorum adjunctorum*
parùm se memores ostenderunt?

23. *XXII. Nullum adjunctum* tàm arctè suo
subjecto cohæret per περιχώρησιν ac caro Christi. *R.*
Etiam attributa DEI ac entis arctissimè suis subjectis
competunt, ut ipsa eorum essentia sint. *Etiam* ani-
ma corpori suo accedens intimè illud pervadit, & u-
num essentiale cum eo constituit. Et tamen qvà ita
accedit, adjunctum Philosophis vocatur. De peri-
choresi *t.13.* visum. *XXIII. Scriptura dicit,* DE-
US est manifestatus in carne, *1. Tim: 3. v.16.* Non
autem

autem dicere licet, paries est in albedine. R. Si apodosis rectè protasi respondere debet, dicendum, paries manifestatur in albedine, & sic loqui omninò licet, ac sensum habet, Colorem, in quo parietem visu percipimus, albedinem esse, qvod verissimum, nihilq; absurdi in se continet. Si omninò phrasium hic diversitas, ex speciali rerum & habitudinum materialium diversitate concurrente ea exsurgit, non abstractâ subjecti aut adjuncti ratione. Albedo enim reale accidens inhærens in pariete, & realiter ab eo diversum est, quod non admittit phrasin, paries est in albedine, qvomodo dicitur, albedo est in pariete. Sed Caro Christi adjunctum transcendens, eminens, & mysticum ad Verbum est, unde dicitur, Caro est in Verbo, & Verbum in carne, ut proprio suo templo & corpore, in qvo visitur & contrectatur, *t. 19.* Et reciprocè etiam hic proceditur, qvod non in cœteris communibus subjectorum adjunctis, ut paries est albus, & albũ est paries, etsi in propriis valet, homo est risibilis, & risibile est homo, itemq; aliis, ut *t. 16.* visum. *XXIV. Personales* reciprocæ sunt, DEUS est homo, & homo est DEUS. Non ita de subjecto & adjuncto prædicationes. *R. Etiam* omnes prædicationes proprii de subjectis sunt reciprocæ, ut homo est docilis & vicissim, leo est rugibilis, canis latrabilis, eqvus hinnibilis, & vicissim. *Item* omnes naturæ extra unionem etiam subsistentes de se prædi-

catæ reciprocæ ſunt, ut hircus eſt cervus, eqvus eſt cervus, leo eſt pardus, Camelus eſt pardus, & contra Cervus eſt hircus, &c. *V. t. 16.*

24. *XXV. Si Caro adjunctum λόγȣ* Deus non poterit dici homo, ſed humanus. *R. Negatur Conſequentia.* Et DEUS veritas, bonitas, ſapientia, & verus, bonus, ſapiens, Ens unitas, bonitas, ubietas & unum, bonum, ubicatum, hircus, cervus, & cervinus, leo pardus & pardalinus, dicitur, & tamen adjuncta. Et in Chriſto utrumq; dicitur, DEUS homo & humanatus, caro & incarnatus, *t. 16. XXVI. Subjectum* non eſt in ſuo adjuncto. Sed λόγος eſt in carne. Ergò caro non ejus adjunctum. *R. Antecedens* in DEO ejusq; attributis falſum eſt, ubi Deus in veritate, bonitate, juſtitiâ ſua, & veritas, bonitas, in DEO eſt. *Similiter* ens in uno, vero, bono, ubicato, finito & infinito, neceſſario & contingente, & unum, verum, ubicatum, finitum, infinitum, neceſſarium, contingens, in ente. Nimirum, quia utrumq; realiter idem eſt. Sic rationale in docili & docile in rationali, quia utrumq; unum & idem animal eſt. *XXVII. Nunquam* ex adjuncto & ſubjecto fit unum hypoſtaticum, ut in Chriſto ex DEO & homine. *R. Hoc ad ſpecialem* hujus ſubjecti & adjuncti in Chriſto conditionem materialem pertinet, unde generalis terminorum conditio negari non debet. Velut dicas, nunquam in ſubjecto & adjuncto dari

ini-

infinitè distantes naturæ concurrunt, humana & divina, ut in Christo. Hoc ad specialem hujus materiæ mysticæ conditionem pertinet, in qvo cum nullâ alia materiâ communicat, in qvâ tamen subjecti & adjuncti ratio locum habere potest. *V. t. 13. 18.* *XXVIII.* *Quod* ut adjunctum prædicatur, tanquam communis natura prædicatur. Sed hic natura singularis & hæc humanitas de hoc filio DEI prædicatur. *R. Antecedens* in attributis DEI falsum est, ubi hæc omniscientia, omnipotentia, æternitas, de hoc subjecto, DEO, quod unum & singulare quid est, verè prædicatur, & attributa illa etiam singularia sunt, quia à parte rei ipsa DEI natura sunt, quæ singularis & unica est. Et tamen adjuncta vocantur, *t 3. In aliis* etiam falsum est, ut hircus est hic cervus, leo est hic pardus, & vicissim, paries est hoc album, Quid. homo est hoc doctum, omnia ut adjuncta prædicantur, tamen ut singulares naturæ prædicantur. Quanquam innaturalis sit prædicatio, & naturali terminorum situ singularia subjici, communia prædicari debeant: Occurrunt tamen tales prædicationes, terminos inversos habentes, & in Log. recensentur. Vt, album est paries, docile est Petrus, currens est animal, &c. *Ut de modis prædicandi s. 1. t. 47.* pluribus dictum. Et quia prædicationes de Christo inusitatas dicere solent, & materia earum verè talis est, etiam hic innaturale quid in prædicando occurrere nihil mirum est.

25.

25. *XXIX. Tota* Calvin. ista est sententia, ab omnibus vetustis Lutheranis damnata, & quæ Nestorianismo latam portam aperit, ac adversarios in erroribus suis magis indurare, quàm ab illis revocare potest. Ergò fugienda magis, quàm asserenda. *R. Antecedens* falsum est, nam & quorundam Lutheran. hodiè est, ut *Scheckij, Frommij, Calovij, Scharfij*, omniumq; illorum, qui prædicationes de Christo accidentales dixerunt, *t. 6.* Non solis Ref. adscribi potest. *Deindè* non quorum, *sed qualis sit sententia*, ante omnia videndum, an vera, an aliena? *Si vera*, & ad habitudinem termini conveniens sit, indifferens totum est, sive ab hac, sive aliâ sectâ aliquid asseratur vel respuatur. Nec quis, sed quid dicat, attendendum. *Primò de veritate videndum*, quæ DEI est, & nullo prætextu rejicienda, ne DEI aliquem radium in ipsa re & naturâ, aut supra naturam in Scripturâ sparsum, & ad nos demissum ac manifestatum, à nobis tantùm animadversum & indicatum, respuere videri velimus, quod Os adversùs Cœlum elevare est, & DEI veritatem prodere, quod totum in Christiano damnatum est, et nunquam id agens impunè latus est, ut *in Irenico defen. Continuato, & alibi* dixi. *Postdemùm* de authoritatibus hominū videndū, an & per eas aliquid asseratur, an reprobetur? Si illud, benè res habet. Si respuatur, nihil obest. Recipi enim & ásseri debuit, ut DEI veritas, etsi communi

vel-

veritatis fato à plerisq; rejectum sit. Ipsi DEI filio id in impio mundo contigit, *Joh. 1. v. 11.* Qui tamen via, veritas, & vita fuit, *Joh. 14. v. 6.* Quia mundus tenebras magis, quàm lucem dilexit, *Johan. 3. v. 19.* Omnis secta ad veritatem aliquid observare potest. Quod ubi advertitur, Christiani illud recipere est, etiamsi à sectâ observatum sit, quam aliàs suspectam habet. Etiam per impios DEUS prophetare, *Num: 24. v. 4. seq: Joh: 11. v. 51.* Suaq; peragere potest, *Ezech. 16. v. 20. C. 23. v. 37.* V. quæ eleganter in hanc rem *Cajetanus præf. in Pentadeuch.* scribat. Si à Calvinistâ, Papistâ, aliquid observatum, quod verum, id quod DEI est, recipiendum, quod erroris, defectus, & hominis, relinquendum est. Hac in parte non alienè observavit, adeoquè justè recipi potest. Hæreticus, ubi veritas ei favet, eâ parte hæreticus non est. Cœteri in observando deficientes relinquendi sunt, etiamsi aliàs maximè veri nobis videantur, aut sectæ nostræ consentiant.

26. *Deindè qui* terminum adjuncti hic rejecerunt, nunquam solidè ejus formale penetrârunt, & parastases, leviculas uniones, externas adhæsiones & circumjacentias tantùm somniârunt, quorum nihil verè in hoc termino continetur, *t. 2. 22.* Qui & ipsas à parte rerum earum essentias complecti potest, ut in attributis DEI ac entis visum, *t. 11. 13. 15.* Et vetusti Lutherani eum repudiârunt, sed ex errore & i-

gnorantiâ, quòd incommoda importare videretur. Nostra tempora quia accuratiùs omnia inquisiverit, longeq; majorem lucem *Philosophicis*, *Medicis*, *Hermeticis*, *Mathematicis*, & omnibus scientiis intulerunt, meritò Vetustioribus præferuntur. *Vetusti* nihil solidi de Americâ sciverunt, nec tamẽ eorũ sentẽtia hodierni seculi experientiæ & nauticis peregrinationibus præfertur. In multis *Vetustas hæsit*, ignoravit, deflexit. Sic plicam Polonicam, sudorem Anglicum, & ut multi volunt, etiam scorbutum ignoravit. Nos inquirimus, statuimus, confirmamus, & recipimus. *Ut* pluribus de *Symbolo Athanasij t.* 3. dictum. Vetustas & novitas ad verum & falsum indifferens est. Aliundè ex ipsius rei solidâ inquisitione hauriendum est, an aliquid verum, an falsum sit? Sivè vetustas asseruerit, sive novi demùm observârint, perinde est. De Nestorianismo autem mera inscitia & calumnia est, cui nihil ex hoc termino patrocinii, *t.* 22.

27. *XXX. Si Caro adjunctum* dici potest, etiam accidens dici poterit, & consequenter prædicatio personalis accidentalis dicetur, quod non libenter ferunt hodiè Philosophi, & olim negatum, *d. mod. præd. s.* 1. *t.* 32. & *s.* 2. *t.* 14. *R. Antecedens non sequitur.* Si accidens prædicabile, s. prædicamentale intelligatur utrumq; terminus prædicamentalis in creatis ac finitis tantùm procedens est: *Adjunctum* a. longè latius

accidente, ut terminus transcendentalis in abstractione entis à Creato & increato procedens est, Cum terminus accidentis Logicè vel Metaphysicè, ut substantiæ opponitur, sumptus, imperfectionem dicat, eoq; in mysticis non ferendus sit, cum meliores & generaliores termini suppetant. Adjunctum autem nullam dicit, & in DEI ac entis attributis obtinet, t. 2. Eoq; tutiùs adhibetur. Si accidens latissimè sumatur, ut extraessentiali æquipolleat, sic & hic ferri queat. Ubi tamen tutiora vocabula sunt, meliùs ea adhibentur, *Ut c. l. d. mod. præd.* dictum. Notio enim quâ datur melior, abdicanda, & melior adhibenda est, Ut primum principium habet, *Ut in Curs. Phil. d. 3.* dictũ. *XXXI. Satius est* terminos Metaphysicos à mysticis abstrahere, quàm adhibere. Et hoc mysterium tantum est, ut notionibus Logicis subjecti & adjuncti minimè subjaceat. ℞. *De terminis specialibus* & in Contractione entis ad finitum, Creatum & prædicamentale, id verum, qui ab illis removendi: *De generalibus* & in entis abstractione à Creato ac increato, finito & infinito, procedentibus id dici non potest, nisi omnem conceptum, enuntiationem, discursum, & dissertationem à mysticis removere velimus, quod alienum ab homine erit. Vix enim sine terminorum Metaphysicorum mentione magna eorum pars expedietur. Ita in DEO, Christo, Dei actioni

nibus, Creatione, prædestinatione, ens, unum, ver, bon. durans, perfectum, Creatum aut increatum, necessarium aut contingens, Causam aut Causatum, dicimus, & si disserere de mysticis velimus, quosdam terminos adhibere cogimur. *Sic Patrem* principium filii dicimus, an Causam eum, & filium principiatum ac Causatum Patris dicere liceat, *Item* an instrumentum Patris in creando, an Trinitatem causas Creationis socias, an DEUM causam peccati per accidens, in divinam & hum. naturam in Chro partes vocare, in filium DEI à Patre dependere dicere liceat, & alia quærere solemus, Ut plurib. *Iren. defens. p* 3. *t.* 23. dictum. *Conf. t.* 5. Et subject. ac adj. non termini Logici, sed Metaphysici sunt, Ens n. vel subject. vel adj. *t.* 3. 54. Et sic in mysticis locum habere possunt. Ita *Meisnerus* passionem adjunctum Verbi appropriatum vocat, *p.* 1. *Ph. sob. s.* 1. *C.* 5. *q.* 12.

28. *XXXII. Photinismo* hæc sententia de Carne Christi adjuncto Verbi patrocinatur, qui ad evertendam Christi deitatem illo aptissimè uti poterit. Nam cui in tempore aliquid ut adjunctum accedere potest, ille non est summus & infinitus ille DEUS, huic enim nihil ob infinitam perfectionem, primitatem, & eminentiam adjungi potest, & si posset, mutabilem eum faceret, quod etiam naturam DEI evertit, qui immutabilis, *Num.* 23. *v.* 19 1. *Sam.* 15. *v.* 29. *ac.* 1. *v.* 17. R. *Antecedens mera calumnia est*, nihilq; *Photinismo*

hic

hic patrocinii. In tempore summo DEO nihil accedere potest, quo nempè velut ob indigentiam essentiæ suæ ille indigeat, & cujus accessu ipse velut in seipso perfectior evadat. Sic enim essentia infinita omnes rerum perfectiones eminenter comprehendit. Sed nec caro hoc modo Verbo accesʃit, quasi in se & pro se eâ eguisset, aut perfectius illâ redditum fuisset: Sed ex liberâ dispensatione pro nobis & nostro bono eam assumpsit, ut redemptionis opus pro nobis perficere posset. Nobis enim natus & datus, ac mortuus est, *Esai. 9. v. 6. Gal 2. v. 20. Hebr. 2. v. 14. 15.* Non sibi. Nec mutatum fuit Verbum, non enim DEUS esse desiit, & in carnem transiit, aut natura DEI in naturam carnis conversa est, quomodo verè immutatum fuisset; Sed manendo, quod fuit, assumsit in hypostasin suam, quod antea non fuit. Assumptione humanitatis in DEUM, non conversione DEI in hominem Verbum caro factum est. *Perindè ac ignis* in foco in naturâ sui non mutatur, si novas aliquot ollas ei appositas calefaciat, quas antea non calefecit, sed aqua in ollis verè è frigidâ in calidam immutatur: *Aut Sol,* si novam urbem vel arcem primùm structam radiis illustret, quam antea non illustravit. Sic hypostasis verbi terminat etiam humanitatem, quam ante incarnationem non terminavit. *Deinde* Caro recepta est in Verbum, non quasi essentiam Verbi constituere, aut aliam facere debuerit, sic

enim Verbum verè immutatum esset: Sed ut in subsistentiâ ejus jam Caro ista simul subsistere, & ab eo hypostaticè terminari debuerit, *t.6.8.* Quo vera aliqua mutatio ipsi naturæ Verbi non immittitur, id latiùs *dec.1. Miscell: d.6.t.21.*seq. & sufficienter ostensum. XXXIII. *Communiter* hic terminus pro suspecto habetur. E. potiùs omittendus. *R. Sed* apud illos sup: qui accuratum ejus formale nunquam penetrârunt, sed adhærentias & parastases somniârunt, *t.13 22 5.* Illi si usurpare eum nolint, saltem cœteris formale ejus solidiùs constituentibus, eum adhibere, nón invidere aut prohibere debent. Non fortunæ Græciæ super tali termino vertentur, Nec qui utuntur omnib. cedere tenebuntur.

AUCTARIA.

1. *Th.4 p.5. Scharffius è l.1. Metaph.* allegatus pro DEO subjecto attributorum suorum. Eò eundem *ex p.1.theor. trans. d.19. C.2. q.1.* adde. Eundem *th.p.7.* Authores Carnem Christi adjunctum negantes adducti, Vt *Meisner: d.4. Christ.* Eò adde, & *d.6.ac12.* ejusdem, ubi habet, Vnde similiter hoc deducas. Et *Scharffium* adjice, qui etiam inter negantes *c.l.d.19.C.2.q.1.* Vbi subjecti & adjuncti terminos in Christo periculosos censet. Sed *t.29* pro meâ sententiâ Eundem adduxi. Quod ex principiis & hypothesibus ipsius, quæ *c.l.* suppeditat, verissimè facere licuit. *Nam 1. Tota* ejus definitio adjuncti *C.1.t.19. c.l.* tradita id docet. Adjunctum

ada

adæquatè ſubjecto opponi, & tot modis, ac illud dici, & in genere id ait, quod alteri tanquam ſubſtrato adjungitur. Quod de carne Chriſti ad Verbum trãſcendẽtali ſenſu verũ eſt, *Vt hic t.* 5. 6. *dictũ.* 2. *Negat* accid, prædicamentale illud eſſe, & longè latius eo ac ad ſubſtantias ſe extendere ait. Id pro nobis eſt, *t.* 2. 15. 20. 3. *Omne* id adjunctum vocat, quod alteri ſupervenit & q. aſſociatur. Sic omnem ſocium eſſe adjunctum. Caro autem Chriſti ita in Verbum recepta, ut nõ ſocia tantùm, ſed & perſonalis pars Chri facta, *t.* 21. Sic anima Corporis ſocia, & tamen adjunctum, *t.* 13. 4. *Adjunctũ* in ſpecie ſumptũ pro πάθει & affectione, quæ ſubjecto inſit & id afficiat, ſumi ait. In genere ergò ſumptũ longè latius fatetur, & ſic Nobis accedit. 5. *DEUM* ſubjectũ attributorũ noſtro concipiẽdi modo dici fatetur, Vt & entis affectiones adjũcta ejus dicãtur, C. 2. q. 1. E. & Verbũ ſubjectũ Carnis dicere licebit, *t.* 3. 4. Conſequẽter hãc adjũ. 6. *Rationibus* valdè infirmis noſtra oppugnat, quæ meras princip. petitiones cõtinẽt, ut hoc ſcripto oſtenditur. *Deniq;* tutius ab eo abſtinere addit. Id & nos fatemur, ſi inhabilis term: eſſet, *t.* 27. Et nõ introductus ac uſurpatus jam eſſet. Nos non primi eum induximus, ſed inductum jam invenimus, non à *Calv:* tantùm, ut Ipſe putat, ſed & *Lutheranis* quibusdã, *t.* 6. In uſum adducto eo de accurato formali inter doctos omninò diſpiciendum, & ſi ferri queat,

veritas ejus omninò asſerenda, non deſerenda eſt, *t*. 15. Nec ob abuſus aut vanas quorundam rationes Naturæ rei termino expresſæ non reſpondentes reſpuendus. Rectè *Auguſtinus*, Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in Verbis verum amare, non Verba, Cum & clavis lignea ſi aperire, quod volumus, poteſt, prodeſt, aurea non, ſi id non poteſt, *l*. 3. *d. doct: Chr: C*. 11. Simpliciorum alia in fide eſt ratio, qui nec termjnos, nec formalia norunt, *t*. 1. Quæ hic non ut obſtrepentia Veritati, ſed ut perfectiori inſtructioni necesſaria ſubjecimus.

2. *T*. 19. ſimile veſtis adductũ. Ejus & texturæ ſimile à 3. puellis paratæ, uni aptatæ, Scholaſticis uſitatũ eſt, & *Meiſnerus d*. 3. *Chriſt: t*. 26. approbat.

3. T: 22. Objectio fuit, *Nullum adjunctum perſonatur. Ejus ſi hic ſenſus*, non à perſonâ ſuſcipitur, terminatur, fundatur, falſum eſt in omnibus propriis humanis de individuo enuntiatis, quæ in perſonis Socratis, Platonis, Petri, ſuſcipiuntur, Ut illis velut ſubjectis ſuſtineantur, ut docile, riſibile, flebile, numerabile, canibile, &c. *Similiter* in multis aliis adjunctis Individuis competentibus falſum eſt, ut formoſitas Abſalonis, fortitudo Simſonis, Sapientia Salomonis, eruditio Ariſtotelis, in eorum perſonis ſuſcipitur & ſuſtentatur, Ut extra eas non inveniatur. Et vera adjuncta eſſe nemo negat: *Ut & in modis* quibusdam, ut finitudo, Cauſalitas, Neceſſitas, dependentia Petri, Pauli, angeli, in perſonis eorum fundatur ac recipitur. Simile quid in Chriſto eſſe poſſit. *Si autem ille ſenſus*, adjunctum null. fieri partem perſonæ, & illud falſum eſt, Cum anima ad Corpus accedẽs adjunctũ, & poſtea pars perſonæ hominis & compoſiti fiat, *t*. 13. 22. *Si hic*, nõ in talem perſonã ſuſcipi, qualis λόγος, in eo mera hujus adjuncti ſingularitas eſt, & alienè adducitur, *t*. 13. 18. 24.

Erratum aliquod in t. 17. *ita corrige*, Ut homo eſt pater, filius, Conſul, ſæpè in adjectivis, ut homo eſt doctus, rudis. &c.